ere vel male exponere tanq̄ corrupta intentio
one sit factū: vel ex cōparatiōe ad aliū ondere
ꝙ nō sit virtuose factū vel excellent sicut doce=
bat. Secund⁹ mod⁹ ē defectus occultos tn̄ et
de lege caritatis celandos publicare ⁊ ꝓponē
sub intētione ledēdi famā. Tertius mod⁹ ē pes
sim⁹. q̄ ē falsa crimina cōfingere ⁊ innocētibus
īponere. Isti sūt tres ordines dentiū q̄ in qui=
busdā abundāt. Contra q̄s Petr⁹ in canonica
sua ꝑma. ca. ij. Deponētes oēs maliciā et oēs
dolū et simulationes et inuidias ⁊ oēs detra=
ctiōes q̄si mō geniti īfantes rōnabiles sine do
lo lac cōcupiscite. Signāt docet ꝑmo depone=
re oīs detractiōes. i. tres modos ꝓdictos: q̄z
oīe et totū sup tria ponim⁹. Que designat ꝑ
tres ordines dentiū ī ore vrsi. Et cōsequenter
illis dentib⁹ depositis maliciosis: eē debem⁹ si-
cut infantes q̄ carentes dētib⁹ mordere nō pnt
et lac dulcis et suauis affabilitatis sine dolo de
siderare vt de vno quoq̄ nr̄m verificet illud.
Cant. iiij. Fauus distillās labia tua mel et lac
sub lingua tua. ¶ Sed notādū ꝙ contra istud
vitiū debem⁹ nos disponere tripliciter: ꝟtuose
vicz cōtra detractōem. primo ne eā aliqualiter
faciam⁹. Scđo ne eā facilit' audiam⁹. Tertio ne
eā pusillanimiter timeamus. De p̄io Jac. iiij.
Nolite detrahere alterutrū fr̄es. Vn̄ Hiero.
ep̄la. xiij. Nulli detrahas: nec in eo te sanctū
putes si ceteros lateat: accusam⁹ sepe q̄d facim⁹.
Et cōtra nosmetip̄os districti in vitia nr̄a inue
him⁹: muti de eloquētib⁹ iudicantes. De istis
detractorib⁹ loquit Bern̄. sup cantica sermōe
xxiij. Ois qui detrahit hic p̄mū q̄dē seip̄m ꝓ
dit vacuū a caritate: demū q̄d aliud detrahen-
do itēdit: nisi vt is cui detrahit veniat in odiū
siue cōtēptū ip̄is apud q̄s detrahit. Ferit igit
caritatē in oībus q̄ se audiūt lingua maledic=
ta: et q̄ztū in se ē necat fundit⁹ ⁊ extinguit. Et i=
fra: Vn⁹ loq̄t: vnū ꝟbū dicit vel ꝓfert: et tn̄ illō
vnū verbum in vno momento audientiū au=
res inficit. aīas interfecit. hec Bern̄. Oēs eniz
discordie lites ⁊ odia q̄ sūt in mūdo fere habēt
originē vel ad min⁹ augmētū ꝑ detractiōes vl'
ꝑ tertiā linguā. In cui⁹ figura fingunt poete ꝙ
Carduus rex grecoꝝ seminauit in terra dētes
serpentinos ex q̄b⁹ succreuerūt milites arma=
ti: q̄ statiz ī se inuicē irruētes acerrime cōflixert.
⁊ se mutuo ꝑemert. hec Ouidi⁹ metaph̄ .li. iij.
Isto mō detractor seminat dētes serpentinos
īd ē verba venenose detractionis: inter illos q̄
debent eē amici: qui q̄dē dētes statim crescūt ī
milites armatos: q̄z ꝟba detractoris cōcepta ī
cordibus hoīm ad effect⁹ hostilitatis ⁊ inimici-
cie ꝓcedūt q̄nq̄ ad pugnā. Iste seminator ē se
ꝑtim⁹ eoꝝ q̄s odit de⁹ q̄ vicz seminat discordias
inter fratres. ꝓuer. vj. Et de istis dentibus ī ar
matos pugnatores crescētib⁹ dicit in ps̄. Dē=
tes eoꝝ arma et sagitte. Nec legim⁹ ꝙ de⁹ aliq̄d

vitiū expressius odiat vel ꝑsequat q̄z detractio
nē. vn̄ ad Ro. j. Detractores deo odibiles. Et
deus ip̄emet in ps̄. Detrahentez secreto ꝓxio
suo hūc ꝑseq̄ebar. De hoc vitio Greg. ix. mo
raliū. sup illud Job. xix. Quare ꝑsequimi me
sicut de⁹ et carnib⁹ meis saturamini. Sciēduz
inq̄t ē ꝙ hi q̄ aliene vite detractione pascūt: ali
enis ꝓculdubio carnibus satiant. Vn̄ ꝑ Salo
monez dicit. Noli eē in cōuiuijs potatoꝝ: nec
comedas cū eis q̄ carnes ad vescēdū cōferūt.
Carnes q̄ppe ad vescendū cōferre ē in collocu=
tione derogatiōis vicissim ꝓximoꝝ vitia dice=
re. De q̄ꝝ pena mox subdit: q̄z vacātes potib⁹
⁊ dātes symbola cōsumēt. Potib⁹ vacant q̄ de
opprobrio aliene vite se inebriāt. Symbolū ꝟo
dare ē: sicut vnusq̄sq̄ solet ꝓ ꝑte sua cibos ad
vescendū: ita in cōfabulatiōe detractiōis ꝟba
cōferre. Sz vacātes potib⁹ et dantes symbola
cōsumēt: q̄z sicut scriptū ē: Ois detractor era=
dicabit. hec Greg. ¶ Scđo ꝓuidēdū ē ne de=
tractiōez facilit audiam⁹. Vn̄ Bern̄. sup cā=
tica sermone. lxiij. Porro detrahere aut detra-
hentē audire q̄d eoꝝ damnabilius sit nō faci=
le dixerim. Abominabile est audire vl' cōferre
cū hoīe cuius dentes sūt corrupti vl' stomach⁹
repletus fetidis humoribus. quia talis habet
anhelitū fetidū nimis grauē. Et dicūt natura
les ꝙ oēs bestie vescentes crudis carnib⁹ hn̄t
ora fetida et abomiabilia. Et certe multomagis
moraliter deberent nobis eē fetentia ⁊ abomi
nabilia ora detrahentiū. iuxta illud Prouerb.
xxiiij. Cogitatio stulti pctm̄ est: ⁊ abominatio
hoīm detractor. ¶ Tertio cauendum est no=
bis ne detractionem pusillanimiter timeam⁹.
Multi enim propter obloquia detractorum a
bono proposito retardantur. Et hoc ē valde
fatuum: imo s̄m doctrinam Grego. vj. mora.
ca. xvij. Detractiones hominum despiciendo
⁊ contemnendo supare debemus. ¶ Expedit
enim nobis scire ꝙ aliqui nobis detrabunt.
Unde Greg. xxij. morali. ca. xij. Sed inter hec
sciendum ne imoderatis laudibus efferamur
plerūq̄ miro rectoris nostri moderamie ⁊ de=
tractionibus lacerari permittimur: vt cuz nos
vox laudantis eleuat: lingua detrahentis hu=
miliat. Et eadem sententia ponitur in canone
vj. q. j. Sunt plurimi. Unde Boetius. j.
de consolatione. prosa tertia. assignat causam
quare omnes philosophi veri et etiam apparē
tes persecutionem a reprobis passi sunt: quos
inquit nihil aliud in cladem detraxit: nisi ꝙ no
stris moribus instituti studijs reproboꝝ dissi-
millimi videbāt. Ita nihil est q̄d admireris si in
huius vite salo circūflātib⁹ agitemur procellis
quibus hoc maxime propositum est pessimis
displicere. Item seneca de copia verborum.
Sit tibi tam triste laudari a turpibus q̄z
laudari ob turpia. Letior eniz esto quotiens

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0052
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG